

Ann. VII.

Num. XI.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

SEMEL IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 4,80;
ubique extra Italianam Lib. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5; M. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in commentarii operculo
Lib. 0.10 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF Apud "KRONIKĘ RODZINNĄ", Apud BURNS AND OATES

VARSAVIAE POLONORUM
Rakowskie Przedmiescie, 15.

IN ANGLIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

VARSAVIAE POLONORUM
Krakowskie Przedmiescie, 6

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS
AMERICAE SEPTENTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET

LONDON W.
28, Orchard Street.

S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

NEW YORK
52, Barclay Street. 436, Main Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

CINCINNATI
52, Barclay Street. 436, Main Street.

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GEANGER FRÈRES

MONTREAL
1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

De recenti Gallica in Ecclesiam persequitione novae animadversiones.
Georgii Castriota Scanderbergii natalis, quinta centenaria commemoratio.

De eloquentia apologetica.

Ex Hibernia. De Sancto Malrubio eiusque gestis atque traditionibus.

Kalendis Novembribus.

Ex Americis. Theodorus Roosevelt.

Pii PP. IX sepulcrum Romae.

Sacrarum Missionum recensio.

Acta pontificia: Decretum Sanctissimi per S. Congregationem Concilii Tridentinis
decretis interpretandis editum de clericis in Americam et in insulas Philippinas
profecturis.

Ex SS. Congregationibus Romanis sententiae novissimae selectae.

Diarium Vaticanum: Coram SSmo admissiones. - Pontificiae electiones.

Annales: Iaponicum bellum. - Balkanicæ res. - Anglo-Thibetana pactio. - Gallorum
Hispaniorumque foedus de Mauritania. - Africi motus. - Americana bella civilia. -
Pacis triumphi. - Regalia funera.

Publici per Orbem coetus legibus ferendis.

Aenigmata.

Libri recens dono accepti.

In tertia operculi pagina:

Sociis monitum de imagine SS. D. N. Pii PP. X a Vox Urbis comm. vulgata.

Per Orbem.

Ioci: Medicis ingruit satyra.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

MDCCCCIV

SUPELLEX AD RES DIVINAS.

Commentarii VOX URBIS administratio recto tramite suppeditat supellectilem omnem, qua tum in templis, tum in oratoriis ad res divinas uti solemus.

Mandata ad VOCIS URBIS administratorem (Romam, *via Alessandrina, 87*) mittantur, res praecise indicando quae quisque sibi cupit. Gratuito sumptuum aestimatio fiet.

SOCIIS MONITUM.

Sociis pluribus morem gerentes Idib. Novembr. an. MDCCCCII apud Commentarii *Vox Urbis* administratorem officium instituimus quod de negotiis Ecclesiasticis esset; de expediendis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanae Ecclesiae « Congregationes » aguntur.

Itaque si quis procuratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.

SATURIO

Comoedia latinis versibus conscripta a clarissimo viro Ioanne Baptista Francesia et per Commentarii VOX URBIS paginas vulgata, in volumen redacta est, quod apud Commentarii eiusdem administratorem venale prostat lib. 1.

👉 IN LUDIS LITTERARUM OPTIMA TIRONIBUS SCENICE AGENDI EXERCITATIO. 👈

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 4,80 — Ubique extra Italiam:
Lib. 6,25, Doll. 1,25, Sch. 5, M. 5, Rubl. 3, Coron. 6,25

SEMEL IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

DE RECENTI
GALLICA IN ECCLESIAM PERSEQUUTIONE
NOVAE ANIMADVERSIONES.

DUM scribimus oculi omnium Galliam adhuc intuentur; nam qui eam regunt, nefariae sectae asseclae, minime recedere a mente videntur, eam a sinu Ecclesiae quovis pacto divellendi, cuius hactenus primigeniae filiae nomine gavisa fuit. Decreta Dei humanis sunt oculis imperserutabilia; itaque, non obstante hodierna persecuzione, bona spe erigimur fore ut recens probatio, qua Gallici Christifideles excentur, eorum in animo novam virtutem incitet, alat, qua in novas pugnas valentiores et uno animo et una mente consurgant.



Historiae paginae plurimae docent, inter hostium incursiones animos bonorum mirabiliter confirmari ad victoriam, consilia corroborari, fortitudinem multiplicari maxime. Equis ignorat, ut vix gesta proximi saeculi recolamus, Belgicam Christifidelium vexationem? Anno MDCCCLXXXI, quum hostes Ecclesiae republica potiti essent, Frère-Orban ille, qui administrorum consilio praeerat, Episcopos calumniatus quasi in patriam perduelles, atque Pontificem Romanum una cum iis pugnantem, legatum gentis suae revocavit, atque Apostolico legato vicissim nuncium misit, qui Bruxellis moratur: bellum hisee indictum.

Paucis post annis sectarii illi summa pugna superabantur, atque rempublicam deserere coacti sunt; hoc ex praelio factum est ut per viginti iam annos Catholici cives rempublicam ipsi moderentur, atque tanta prudentia regant tantoque libertatis honore, ut, multis liet obstaculis occupati ab audaci quidem ac pervicaci concertatorum manu, summa virtute fidant sese diu adhuc servaturos imperium nationis, eiusque fata moderaturos. Itaque persecutio illa catholicorum robur et imperium peperit.



Neque minus vices innotescunt Germaniae insectationis. Gallorum Victor, imperii conditor, arbiter gentis sua Bismarckius, haereticorum odio compulsus, atque Germaniae civitatis unionem religionis quoque paritate confidere cupiens, in catholicum nomen bellum indixit, quod contra se insuperabile obstaculum conspiciebat elatum. Captivi episcopi, exsules parochi, clerici domibus electi, Romana dignitas contempta, haec omnia memoria populi nondum ceciderunt, unde tanta Fidei nostrae gloria et martyrii corona est comparata. « Canossam

nunquam adibimus! » cancellarius ille, quem feruum nuncuparunt, graviter edicebat; at rerum eventus alia struebat: dum enim operam intendere debet ut socialistarum incursum cohibeat, multiplicantur catholicorum vires et constantia, eorum suffragia praeter spem augmentatque firmatur eorum potentia. Quid inde? Caput demittere ille cogitur atque Canossam petere; iamque catholici illi veri ut arbitri Germanica fata dirigunt.



At eur extera exempla commemoro? Nonne Gallica ipsa historia praebet, immo ab ipso concordati auctore procurata? Signato enim Napoleonico foedere cum Romano Pontifice, putavit Gallorum imperator, immani superbia elatus, aut servari aut conculari leges foederis suo in arbitrio esse, armis suis atque facili fortunae confusis, quam in vita omni fuerat expertus.

Pius VII eius affectationibus obstans, qui Anglos Russosque et Suedos et Sardos quoque ex Romana ditione expelli iubebat, eius in se furorem conversum vidit, sed firmo animo diuturnum pertulit exsilium, atque Savonensem et Fontanensem captivitatem. Sed anno iam MDCCCLXXXIII Napoleonie pallescebat sidus, scopolusque Sanctae Helena superbum Caesarem extorrem patria tenebat, qui, etsi conclamasset pontificiam excommunicationem manuballistas ex militum suorum manibus haud evellere posse, in Russico illo infasto bello ad unguem vidit, quae impossibilia prophetaverat, re vera compleri.



Combesius atque Delcassé eius socius optime sibi cavebunt si historiae has paginas recoiuierint; haud tamen Gallici fideles, documentis huiusmodi historiae confirmati, inertem fiduciā concipient, quae non sine culpa foret; manus contra ad opus viriliter et constanter admoveant. Deus enim operibus tantum et virtuti Victorias ultro parat.

GEORGII CASTRIOTAE SCANDERBERGII
NATALIS

QUINTA CENTENARIA COMMEMORATIO.

« O pulcherrima terrarum Graecia, ex quo te reliqui numquam te revisi! Ibi patrem habeo matremque dilectam, et fratrem.... O pulcherrima Graecia, ex quo te reliqui revisi numquam! » Hisce versiculis Dalmatae, Siculi, atque Albanenses Graecique, pace florente, vere medio, summis e collibus ad dilectum suae gentis incunabulum decantabant, ad Grae-

ciam matrem extollentes voces et animos. Deflebant profecto Peloponnesiacae memoriam terrae, tot gloriis antiquitus coronatae totque ditatae operibus eximiis atque virtutibus; contra Orientem spectantes suam effundebant moestiam, Georgiumque heroem suum consulabant militem Christi fortissimum, athletam crucis!

Cuius sane vita miraculo prope videtur genita, at falsis mendaciis commixta. Vir enim ille per mundum ita praetergressus est, quasi vehemens spiritus, quem Deus in terram ad confandendam hominum sapientiam misisset.

Fortissimi principis filius, pulcher ipse iuvenis atque viribus validus, animum suum aluit dilectione Christi et iustitia, secumque ipse proposuit se absque intermissione pro patria liberare decertaturum, atque pro Fidei Christianae tutela et salute.

Militia autem eius adsidua veluti Victoria visa est; quamobrem non iniuria inter suos Dominus atque Pater Epyri est ab omnibus consalutatus. Ipsum immo Mohammed quoque expavit, acerrimus ille Fidei hostis, eius armis Byzantium cessit infelix; eiusque aucti exemplo plurimi Christi heroes crucem infuentes et fidei igne ferventes placidi ceciderunt in acie.

Virtutes eius militumque suorum audacia tantum valuerent, ut Europam nostram a Turcarum servitute tutarentur: Croensi in pugna Victor Vindobonenses et Echynadenses lauros praeccurrit. Quorum excitati aemulatione Ioannes Austriae princeps et Sobieskus, Polonorum rex, suam sibi quisque gloriam pararunt.

Aequales nostri veracis gloriae incuriosi vix nomen viri aliquando recolunt, vix memorant Dalmatiae fata una cum eo occubuisse. At Ioannes ipse Hunyades, qui in Turcas pugnans regnum Hungarorum filio constituit sibique magnam gloriam procuravit, Georgium hunc non adaequavit, neque Scanderbergium nomen illi in aevum contigit.

Media nocte, medioque Ianuario mense anno MCCCC LXVI vita noster est funetus. Subditis virtutem suam unam haereditatem dereliquit, filios ut in Italianam migrarent hortatus est, qui liberam ibi una cum genitrice vitam perducerent. Postrema verba eius signum pugnae fuere, et preces in Deum: signum audire vere socii, qui in hostem decertabant; precem ingeminarunt mulieres et pueri, quorum viri patresque in acie erant; gentis denique universae luctus ex eius obitu partus est, unusque Mohammedus est inde gavisus.

In patria terra, Turcis nunc dominis conculata, cineres ducis quiescent; at circum Croiam urbem nonnunquam insonant tamen cantiunculae et carmina, quae Georgii dies revocant

eiisque gloriam dieunt; eas audit eaelum, et montes iterant, et ad venturos dies servant; Seanderbergii enim memoria ex populi animo umquam cadet: « Nigram ad arborem, — haec verba popularium cantiunculae sunt, — numquid iacent inertia arma militis eximii? Ventus spirat furens, hinnit equus... curnam in aere non movet vexillum, neque insonat aes? Haec audit hostis et timet, et pallidus ore atque tremebundus mortem sentit et regreditur ».

Profecto Georgii arma nemo amplius iam induet; at vexillum eius eruce sacrum in patriae sua montes, si vera iam Fata spondent, tandem aliquando redibit.

DE ELOQUENTIA APOLOGETICA.

QUAERITURNE quid novi sub hisce verbis in fronte positis lectoribus portendamus? Tritane scholarum usu, rhetorum praeceptis, obsoletaque situ antiquitatis ab Isocrate, Cicero et Quintiliano ad nuperos elementa trademus? Absit. Quum autem sapientia huius mundi sit cor machinationibus tegere, sensum verbis velare, quae vera sunt falsa ostendere, quae falsa sunt vera demonstrare, quum huius parvae et pravae simul sapientiae disciplina regatur plerumque, civitas et respublieae passim administrentur; quum insuper eloquentia sit sapientiae huius et sacerdos et ministra et interpres, nobis ea consideranda eloquentia est, quae veritatis et rectitudinis famula, et magna cum dignitate praecepit, sacerdos, interpres, ministra, vera ceu vera, bona ceu bona ostendat, falsa repellat, commenta dissipet, civitatis populisque sit fax in dubiis, dux in adversis, in omnibus honestatis nuntia et propugnaeum veritatis.

Atque ab huiusmodi eloquentiae cultu, religione, disciplina, et, — cur silebo? — studio modo neglectis, modo contemptis, omne malum difflit in civitates et quaeque pessumdat, quum vel nemo assurgat, vel assurgens impar sit adversus eos qui, vel parte, vel factio, vel utilitate proposita, ea tuenda suscipiunt, quae contra ius, fas atque deus sunt, et perniciem privatae publicaque rei parant, subverso iustitiae consilio atque honestatis. Quae quidem lues, citius seriusque nil interest, semper tamen in exitu pestiferos afferet fructus, quia « iustitia elevat gentes », et « miseros facit populos peccatum ». At si miseri qui exhibitum suasumque consilium leves ingressi fuerint, quid perspicient de iis, qui mali consilii suasores extiterint? Manebit eos certe apud subsequentes aetates infamia, dum ipsi apud inferos patrati poenas parcieidi luent, non habituri impunitatem et licentiam sempiternam. Quae enim auro cupiditatibusque servientes pessimis constituerunt, ideo constituerunt, quia veluti commentitia et fabulosa praedicantes quaeque divina, semetipsos quasi Deos adstruxerunt, quibus vita, fortunaeque, pudorque omnium immolatur.

Quamobrem mirari desinamus quae causa sit eloquentium paucitatis, quum ex illis rebus universis eloquentia constet, quibus in singulis elaborare permagnum est; hortemurque potius liberos nostros, ceterosque, quorum gloria nobis et dignitas cara est, ut animo rei magnitudinem et innocentiam completantur, neque iis aut praeceptis, aut magistris, aut exercitatioibus, quibus utuntur, quos dixi, sed aliis qui-

busdam se id, quod expetunt, consequi posse confidunt.

Super omnia igitur qui haec eloquentia ceteris praestare velit orator, probitate floreat eximia necesse est, nihilque habeat in vita, quod, acu expunctum inimico, tabum et saniem dolosa sub cute cogat in medium emicare, quippe nihil magis ridiculum lupo pro incolumitate gregum egregie disserente, nihil foedius homine turpissimo pro moribus purissimis perorante, nihil intolerabilius avaro pro reductis ad assem familiis deprecante et causam coram agente.

Valet igitur multum ad vineendum probari mores, instituta et facta et vitam eorum qui agent causas, et eorum pro quibus, et item improbari adversariorum, animosque eorum, apud quos agitur, conciliari quam maxime ad benevolentiam cum erga oratorem, tum erga rem, pro qua dicet orator. Conciliantur autem animi dignitate hominis, auctoritate vitae sine labe et suspicione praeteritae, rebus gestis, existimatione virtutum, quae facilis ornari possunt si modo sunt, quam fingi si nulla sunt. Fama enim, optimo et perpetuo opere parta, gentium et spectantium et audientium sermone pererebrens, quemdam quasi nimbum circa loquitorum constituit, eloquentemque e suggestu quasi quibusdam radiis et splendoribus ornatus, effictaque ut homine prospecto iam sententia euntes audituris insedeat nihil ab illo diei posse, nisi quod sanctum sit atque honestum, nisi quod bonum rebus futurum sit privatis et publicis, et plenum consilii sit, plenum prudentiae, plenum rationis.

Cuius rei, ut exemplum aliquod proferam, — maximi enim est in haec re optimorum exemplis uti, — illud Catonis prisci nostri memoratum volo; quo ubi pro accusato diceret, antequam verba faceret, in animos populi et iudicis de illo absolvendo sententia veniebat; nemo enim vel suspicari poterat ab integerrimo Catone pro scelere tuendo, pro fallendis iudicibus, pro populo decipiendo causam fuisse susceptam. Tanti est in oratore vitae commendatio! Quid? Catonianum iudicium, vel divino anteponebatur:

Victrix causa Diis placuit; sed victa Catoni!

Atque haec, ubi accusatum a scelere vindicaturus accederet; quid si in aliquem adventasset accusaturus? « Qui ad bonos tuendos me ab inenunte adolescentia dedisset tempore nunc atque officio coactus ad accusandum traducor! Atqui adduetus sum, indices, officio, fide, misericordia, multorum bonorum exemplo, veteri consuetudine, institutoque maiorum, ut onus hoc laboris atque officii non ex meo, sed ex meorum necessariorum tempore re mihi suscipiendum putarem. Quo in negotio tamen illa me res, indices, consolatur, quod haec quae videtur esse accusatio mea, non potius accusatio, sed defensio est existimanda. Defendo enim multis mortales, multis civitates,... etc. ». Haec omnia, quae de se asserebat, explorata omnibus et singulis erant perspecta diurna annorum experientia.... Conclamatum erat in reum iam, antequam indices iudicassent, et sententiam protulissent.

Felix ergo qui apologeticae huic eloquentiae manus admovens, tale sibi votum in populo excitaverit; absoluta iuxta sententiam res erit. At uti hac auctoritate potiatur, necesse est antea fundamenta optimorum gestorum in animos omnium coniicere, reponere, altius inferre; gestorum, dixi, non verborum, non vocum inanum, quibus veluti vacuum aes sonans, aut

cymbalum tinniens videare. Avertat autem Deus quod illa tibi respondeantur: « Medice, eura te ipsum! »

Verumtamen apologetici oratoris maxima quidem haec est pars, non tamen est rei summa. Oratoria artis multum, grande fert illa disciplina, illa scientia, illa prudentia, eruditio illa, qua possit recte, atque, ut verbis utar Hieronymi, quaquaversus inoffenso pede transire. Hinc primum et princeps illud Horatii:

*cui lecta potenter erit res,
Nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo.*

Post haec illa styli et elocutionis iucunditas, illa convenientia verborum, ille accentus loquentis, illa moderatio et temperantia vocis, actionis, vultus, incessus, habenda piae ceteris; brevitas, concinnitas, claritas, distributio, lumen quaedam orationis et faces; nam

*Indoctum doctumque fugat recitator acerbis;
Quem vero arripiuit tenet occiditque legendo
Non missura cutem nisi plena crux hirudo.*

Non enim causidicum nescio quem, neque proclamatorem, aut rabulam hoc sermone nostro conquerimus, sed eum virum qui sit eius artis antistes, cuius cum ipsa natura magnam homini facultatem daret, tamen esse Deus putatur, ut et ipsum, quod erat hominis proprium, non partum per nos sed divinitus ad nos delatum videretur, deinde qui possit non tam caeruleo, quam nomine oratoris ornatus, incolumis per hostium tela versari: tum qui scelus fraudemque nocentis possit dicendo subiicere odio civium, suppicioque constringere; innocentiam iudiciorum poena liberare; idemque languentem labentemque populum aut ad decus excitare, aut ab errore deducere, aut inflammare in improbos, aut incitatum fraude aliqua in bonos ab ira retrahere et mitigare.

Talis esto apologeticus orator; hi apologeticae eloquentiae numeri. Qui autem se talem praebuerit, eum non cum summis hominibus comparo, sed vere Dei nuncium iudico.

S.

|||||

EX HIBERNIA

*De Sancto Malrubio
eiusque gestis atque traditionibus.*

INTER multas res his diebus ad luxuriam pertinentes, inter inventa sapientum, de quibus recte gloriamur, inter alia multa, in quibus mentes hominum versantur, illorum Dei Servorum ne obliviae oportet, qui lumen Crucis in remotas orbis terrarum regiones per ardua ac prope incredibilia fortiter tulerunt. In his numerandus est Sanetus Malrubius, vel Rufus; de quo, si placet, panca scribam, quae nostris diebus in Hibernia et Caledonia passim revocantur.

Malrubius, cui vulgo propter erinium colorem cognomen Rufo erat, in Hibernia natus est, apud locum, ubi nunc stat oppidum Londonderry, tertio die mensis Ianuarii, anno DCXLII.

Nobili genere ortus, se « atavis editum regibus » dicere potuit, quippe ex maioribus suis nonnulli in Hibernia fuerunt reges. Inter affines maternos abbatem monasterii Bangor habuit, eius Societatem, gloria terrestri spreta, iniit, ut ad fidem Christianam ferendam ad eos de-

gentes vitam i
etrinamque se

Itaque, qu
annum perva
diorumque co
exemplum San
doniae, anno D

Caledoniae r
inhospitae; ter
incolae pieti et
visi, venatione
quod Malrubiu
prorsus videret

Nullo tamen
ad ultimum pe
locum quem in
itinera maximo
silvas densas, n
ut barbaros fi
parum res pro
quod eadem lin
Evangelii verita
multae ex his
nunquam subdi
inter ingentes n
se abdiderunt) su
sanguine, sed cl
etriebus armis

Institia et ma
populi animis p
post tantum tem
per Caledoniam
nore habeatur,
edidit, adhuc in
ore traditae, te

Dierum laboru
vigesimo primo
ut apud historie
loco quo sepultus

Nihilominus,
Septentrionale
apud ripam Nav
mant; certe in
aiunt, magnum s
sed alte incisa,
rerum peritos, m
addunt incolae i
loco sepeliretur
prophetiam edidi
tria propter pecc
esse donec Nav
ipsius Malrubii

Et sane incola
et amoena region
nunc oves, pecude
paullatim per s
proximisque his
turgidum factum
mulum poene d
ovium possessor,
Malrubii confiere
pascuam amittere
ficaretur, etiamq
teriacens, arboril
radicibus interte
que in quiete ad
rubii prophetia i
ex eo quod in m
est, quo regio Na

Avertat autem
antur: « Medice,
ratoris maxima
n est rei summa.
le fert illa disci-
tia, eruditio illa,
urbis utar Hiero-
d Horatii:
erit res,
lucidus ordo.

ionis incunditas,
ille accentus lo-
imperantia vocis,
nda prae ceteris;
, distributio, lu-
ces; nam
titator acerbis;
itque legendi
eruoris hirudo.

io quem, neque
hoc sermone no-
rum qui sit eius
natura magnam
en esse Deus pu-
ominis proprium,
itus ad nos dela-
ssit non tam ca-
rnatus, incolmis
qui scelus frau-
do subiicere odio
ere; innocentiam
emque languen-
t ad deus exci-
aut inflammare
audie aliqua in-
gare.

or; hi apolo-
autem se talem
mis hominibus
iudico.

S.

MONOMONOMON

NIA

io
ditionibus.

ad luxuriam
sapientum, de
alia multa, in
tut, illorum Dei
tet, qui lumen
m regiones per
rtiter tulerunt.
Malrubius, vel
scribam, quae
ledonia passim

inium colorem
nia natus est,
idum London-
i, anno DCXLII.
ris editum re-
majoribus suis
s. Inter affines
angor habuit,
spreta, init,
am ad eos de-

gentes vitam in tenebris, per disciplinam do-
ctrinamque se pararet.

Itaque, quum ad vigesimum nonum aetatis
annum pervenisset, curriculo disciplinae stu-
diorumque confecto, ex Hibernia progressus,
exemplum Sancti Columbani secutus, ora Cale-
doniae, anno DCLXXI, attigit.

Caledoniae regiones eo tempore valde erant
inhospitae; terra inculta ac maxime silvestris;
incolae picti et barbari, in parvas gentes di-
visi, venatione et praeda viventes, ita ut opus
quod Malrubius sibi proposuit, insuperabile
prorsus videretur.

Nullo tamen periculo territus, Malrubius, qui
ad ultimum perseverare statuit, templo, apud
locum quem incolae vocant Applecross condito,
itinera maximo labore in regiones interiores, per
silvas densas, trans flumina lacusque faciebat,
ut barbaros fidem Christianam doceret. Nec
parum res procedebat; Caledonii enim, ex eo
quod eadem lingua atque Hibernie usi sunt,
Evangelii veritates facilius discere potuerunt, et
multae ex his parvis gentibus Romanis armis
nunquam subditae (quia in silvas et convalles
inter ingentes rupes et montes, quasi in castra,
se abdiderunt) sub iugum Christi, nec gladio nec
sanguine, sed clementia constantiaque, vere vi-
tricibus armis huius Apostoli, sunt subductae.

Iustitia et magnanimitate sua plurimum in
populi animis potuit Malrubius, ita ut hodie,
post tantum temporis intervallum, nomen eius
per Caledoniam Septentrionalem magno in ho-
nore habeatur, et multae ex prophetis quas
edidit, adhuc in populi memoria, a maioribus
ore traditae, teneantur.

Dierum laborumque plenus discessit Malrubius
vigesimo primo die mensis Aprilis, anno DCCXXI,
ut apud historicos Hibernicos legimus; sed de
loco quo sepultus et scriptores inter se differunt.

Nihilominus, Catanenses, (qui Caledoniam
Septentrionalem incolunt) eum sepultum esse
apud ripam Naverini fluminis in Catania affirmant;
certe in tumulo, quem Malrubii esse
aunt, magnum stat saxum cui crux impolite
sed alte incisa, formam praebet, apud harum
rerum peritos, maxima antiquitatis. Insuper
addunt incolae moriturum Malrubium ut in eo
loco sepeliretur voluisse, eumque etiam hanc
prophetiam edidisse: « Incolas Naverinae et pa-
tria propter peccata iri expulsum, nec reddituros
esse donec Naverinum flumen, ripa attrita,
ipsius Malrubii ossa in mare volverit ».

Et sane incolae expulsi sunt: in fertili illa
et amoena regione, in qua homines laborabant,
nunc oves, pecudes, cervi errant. Flumen autem
paullatim per saecula ad tumulum advenit;
proximisque his temporibus, nive regelante,
turgidum factum, ripam valde attrivit ac tu-
mulum poene demolivit; tunc vero gregum
ovium possessor, timens ne prophetia Sancti
Malrubii conficeret, et, populo redeunte, terram
pascuam amitteret, curavit ut ripa axis aedi-
ficaretur, etiamque solum, tumulo et flumini in-
teriacens, arboribus obsitum esset, quo firmius,
radicibus intertextis, aquis obstaret. Ossa ita-
que in quiete adhuc manent; sed tamen Mal-
rubii prophetia in populi memoriam revocatur,
ex eo quod in manibus Ducus Cataniae schema
est, quo regio Naverina incolis mox repleatur....

D. M.

KALENDIS NOVEMBERIBUS⁽¹⁾

*Militiae, lauris dignae, post sacra supernae
vos, umbrae, tumuli vos, adeunda mihi;
tuque meae precibus cras umbra piabere matris,
et grati lacrimas cordis habebis, ave.
Te soror o bona, flos tenero ut decerptus ab ungue
nomine te repetam, frater, adempte mihi.
Et nigra spargam tum vestra sepulcra cupressu,
non factio fundens moestus ab ore preces.
Dulcia sint vobis, tumulo quaeque oscula figam,
cara ipsa dedero quaeque ligustra manu.
Edocuit saecli vitiis quam Christus iniquis
iam dudum gentes obstupuere fidem,
quae superesse canit — mirum! — post funera vitam,
ullum quam tempus commaculare nequit!
Haud vos Elysii, nullis reticenda diebus
gaudia, quae vates pingit, inire iuget,
vos vero ad rutili, mundum qui numine torquet,
umbrae, det gressus iam properare poli.
O pater, o deus, o populi fidissima nostri
spes, Christi lotis parce cruore tui,
ut quorum praetexit fronde sepulcra cupressus
illis aeternum laurea serta micent!*

(1) Ex carminibus, quae SYLVAE inscripta, socius noster clarissimus ALAFRIDUS BARTOLI,
iterum ac recens multis additamentis edidit Pistoriae apud officinam Sinibulidianam C. Flori et soc.

EX AMERICIS

THEODORUS ROOSEVELT.

Quum iam solennissima nobis immineat hora,
qua de universae reipublicae nostrae eli-
gendo praeside comitia erunt, scribere vobis
nonnulla de Theodoro illo Rooseveltio, qui
nostra nunc fata moderatur, censui peroppor-
tunum; quum praesertim plerique cives una-
nimi augurio eius iterum nomini favent, eumque
confirmari in magistratu peroptant. Chi-
cagine enim in urbe civium iam comitium eum
collaudavit, quibus Rootius, bellicae olim rei
gestor, orationem habuit de homine fusam atque
« panegyricam », quam certo certius Theodorus
ille, si adfuisset, non tolerasset. Hic enim ex
secundo magistratu, ubi hostes eius eum com-
posuerant, propitia plane fortuna ad primum
ascendit. Quae res si illi libertatem domesticam
omnino minuit, patriae tamen saluberrima fuit;
tot enim tantaeque in eo consulis dotes et di-

ctatoris qualitates eniuerunt, ut nullum aliud
nunc esse possit desiderium, quam iterum sum-
mum imperium illi committatur. [Haec, dum
Rootius loquitur, una voce plane cives confir-
mabant.

Theodorus Roosevelt, vir virtute ferreus, con-
stantia immutabili, negotiosus semper, eas di-
lexit partes, ubi valide operaretur et sua mo-
numenta relinquenterunt.

Iamque Neo Eboracensium vigilum cohorti
quum praeesset, suam provinciam ita tenuit, ut
veluti exercitum rem moderaretur. Comitiorum
peritissimus, omnes patrocinatus est causas,
quas bonas iustasque reputaverit, vel etiam
quoniam aemuli in eum turmatim obstarent.

Maritimis rebus gerendis alter ab administro
quum esset, veluti a conversatione secedens om-
inem suam operam mentemque omnem in la-
borem sibi commissum erogavit. Neo Ebora-
censi civitati praefectus, sapientissimas rogavit
leges, corruptos mores acerrime cohibuit, infir-
mos animos vehementer corripuit; quoniamque,

anno M^{DC}CC^{XVI}, Philadelphiensi illo memorabili in comitio, selegetur ut secundas in supremo magistratu is obiret, Theodorus sese succingens secundam illam partem haud sibi gratam ostendit. « Primum me Neo-Eboraci malo, quam in republica secundum »; haec, Caesarem imitatus, retulit. Et revera, quidnam in altero illo loco fecisset? Ea aetate nova factio per rem publicam cresebat, quae bellicis expeditionibus ex professo adversabatur. Nam populares, qui dicebantur, veteres cives Ieffersonium imitati, rempublicam Cuba insula et Philippinis potitam male tolerabant, et quasi discrimen imperio imminere ab armis et militibus aiebant, quae probe Theodoro haud grata erant.

« Senatu praesesse, — haec ille fatebatur, — quomodo valeam, nisi atramentarium forte in caput calumniatoris coniiciam, qui de exercitu nostro vel de classi maledixerit? » Hisque fultus per biduum magistratum renuit, quumque tribuni illi, heic vel illie eum adhortarentur, numquam mentem suam fletere est visus. Cessit tandem, una ratione motus, quia factioni interesset ut is suo in loco esset, obediensque est factus. Dum vero Mac-Kinley praeses ruri quiescit, Theodorus undique per patriam discurrebat pugnam committens, qua Bryanistica factio paene deleta est.

Vices itaque praesidis tenuit; at aptus ei loens non erat; est enim munus quasi honoris causa tantum collatum; ille pro posse in utilia adlaborabat. Quamobrem Mac-Kinley eum paulatim magis existimans, omnem suum laborem illi commiserat, vix sibi relinquens cum factionis dueibus communione, quam Theodorus non facile servasset.

Interdum vero, ab urbe secedens, paucis comitatis amicis ad venandum aprum, ursum, pardum coneurrebat, atque per mensem latebat. Washingtonii cives cito eum hisce cognoverant, sciebantque eum sive domi in cubiculo inclusum, sive extra in silvis venatorem male visitantes tolerare. In opus totus erat: quum vero nimium opus esset atque mens eius fessa, ex abrupto proficiebatur.


Vir itaque praeses factus quae iam in patria bonum non comparavit? Imminuta vecti-

galia atque aes alienum contractum; simul, classis aueta exereitusque multiplicatus. Vix annus est ex quo ille supremum magistratum tenet, iamque argentariae illae sodalitates omnia dederunt, quae in commune divitiarum augmentum parere valerent. Panamensis fretus quaestio nullis veetigibus ad expensas pro re nata satisfecit. Philippinae insulae certa lege gubernantur, Cubanorumque respublica optimis pactionibus, Americanorum patrocinio sese tradidit. In Venezuelan diserimine felicissi-

mum, in Alaskana quaestione faustissimum factum reipublicae fuit. Omnia vero cumulavit Aloisiana artium omnium recensio.

Hoc non unius viri opus est, sed totius populi, quem optime ille moderatus est, optime rex. Quae quum probe universa gens nostra cognoscat, non est dubium quin iterum Theodoro illi seeptrum reipublicae ad quatuor annos alios committat. Eventus itaque expectamus; vos interim valete.

H. C.



PII PP. IX

RO

FIDELIUM defunctorum lemnia, quae ad expletum, ex quo De munis a Vaticano or in Urbe tantum sed a norum orbem parantur ultimi omni animo aeo


dae, cuius partem aliquam appetere nobis conabimur.



Non procul ab Urbe, ad orientem solem et meridiem, Cyriaca matrona praedium rusticum habebat, cui nomen « fundus Veranus », ibique coemeterium constituerat, ubi sanctorum Christi martyrum corpora sepeliebat, inter quos Laurentius, primus Romanae Ecclesiae diaconus conditus est. Constantinus cognomine Magnus ipso in loco basilicam an. ccc xxx exegit, quam inter patriarchales relatam peregrinantes quoque invisebant. Anno cd xxxv Xystus PP. III refecit, atque deinde, an. dLXXVIII Pelagius PP. II ita renovavit, ut speciosior et nova tunc fuerit appellata. Haec tamen basilica alio quam nunc spectabat; aditus enim illuc erat, ubi nostris diebus finis ecclesiae, atque usque ad scalam patebat, qua nunc ad presbyterium condescenditur. Itaque Honorius PP. III (an. MCCXVI-XXI) quum ampliorum reddere statuisset, alas tres addidit, iuxta quas ecclesiae aditus patefactus est, et porticus aedificata, quae eum ornaret. Id autem incrementum eo facilius redditum est, quod antiquae basilicae contigua altera atque opposita extaret Magnae Dei Parenti dicata, ab Adriano PP. I eretta, vel saltem instaurata insignisque reddita, hodiernis alis prope respondens. Quum autem Constantiniiana basilica in libramento versaretur satis quam coniunctae sibi ecclesiae demissiore, inferior pars terra parietinique impleta est, ita ut pars alae superior ad presbyterium, quod etiam nunc videmus, adhiberi potuerit.

Ut insequentes easque non maximi momenti restauraciones praetereamus, anno

M DCCC LXIV Pius PP. IX, quo studio in christianam artem atque cultu in martyres fidei pollebat, Virginio Vespignani architecto commisit ut, due Ioanne Baptista De Rossi, celebrissimo illo monumentorum christiana antiquitatis instauratore, basilicam renovaret, ac pristinas architecturae notas restituens, locum basilicae ipsius maxime venerandum, sacram seilicet « confessionem », sive cryptam aut sepulcrum sanctorum martyrum Laurentii, Stephani et Iustini, a XIII p. C. usque saeculo



PII PP. IX SEPULCRUM ROMAE.

FIDELIUM defunctorum commemoratio, et sollemnia, quae ad jocelbrandum annum L expletum, ex quo Deipara labe originali immunis a Vaticano oraculo declarata est, non in Urbe tantum sed apud universum Christianorum orbem parantur, ad quae denique non ultimi omni animo accedimus, in mentem revo-

cant virum pientissimum, qui Immaculatae Conceptionis dogma edixit, fuitque non unis nobis Romam incolentibus, sed omni Christifidelium populo carus, qui humillimum eius sepulcrum, conlata undique stipe, inter splendidissima aeternae Urbis monumenta ad sempiternam eius memoriam constitutum voluerunt.

Sit igitur hodie oculis sociorum nostrorum Pii IX subiectum mausoleum, sit in sanctissimum Pontificem obsequium honoris, sit etiam pro nostra parte initium solemnitatis illustran-

terra, nti diximus, undique consitam, in novam lueem redderet. Magna industria perductum opus, tantaque Pontificis admiratione, ut in narthece ipso exuvias suas recondi testamento iussit, atque ad amussim in loco, ubi quondam Constantiniana basilicae aditus patebat, in area denique, quae simplicibus lineis pro sua humilitate ipse deseripsit.

At magno Pontifice vita funeto, undique fides sacrum certamen quadammodo apud Patres Purpuratos haeredes instituere ut, nisi paternae voluntati offici paterentur, facultatem saltem concederent narthecem Costantine basilicae eo ritu exornandi, quem filiorum pietas induceret. Ita honorarium sacellum constitutum est, consilio Cattanei artificis Veneti, qui incomparabili modo illud decoravit, exemplumque mirificum musivae artis nostrae aetatis in eo exhibuit. Ditissima eaque summae elegantiae ornamenta ipsaque area, cui Christi imago in arcosolio imminent, (1) stylum redolent quo martyrum sepulera illustrantur; verum iuxta hodiernae artis rationem perfecta atque expedita; in fronte inter fenestras imagines conspiciuntur Christianae Ecclesiae Patrum atque Doctorum; contra, gesta praecipua Pontificis depieta sunt, inter quae dogmatica Immaculatae B. M. V. Conceptionis definitio; cireum denique parietes insignia gentium inserta, quae undique terrarum ad opus concurrere, tanto Pontifice dignum.

(1) Prospectus quem praebemus ex forma prima deductus est ab artifice exhibita. Quum vero opus perduceretur, immutations leves inlate sunt, quo magis magisque stili unitas servaretur. Itaque imago "Bonii pastoris", renovata, zophorique frondibus maxime, non anfractibus meandrisque circumducta.

SACRARUM MISSIONUM RECENSIO.

AMENS ille Gallie gubernii furor, patriam pessimum dare haud contentus, eas quoque Christifidelium stationes longo labore in alienigenarum partibus constitutas evertere nuditur. Iamque Madagascaria in insula dum negligit agrorum cultus atque inania rerum commercia reddit, praefectis imperavit ut Vicario Apostolico statim pecuniae atque tutelae auxilia omnia detraherent. Itaque Corbetius Episcopus hisce muletatus artibus praecipuum sibi fulerum deesse ad operam cito novit: pulsi sacerdotes, ludi puerorum passim ab eorum ditione seiuneti, nosocomia pariter laicorum in manus tradita vetitumque ne quovis modo reipublicae magistratus ad excitandas religiosorum domus operam conferant, neve ad popularium eleemosynas configere sacerdotibus liceat. Hisce modis humanitas inter barbaris fovetur!

Contraria vero, sintque Deo grates, in Belgicis coloniis contingunt. Praeter Nigri fluminis ripas Christi praecones Dekinam stationem a barbaris Oepotensibus iam deletam ex integro restituerunt; acceptis autem militum auxiliis, barbarorum perduellio cohibita est praestataque tum presbyteris tum monialibus adiumenta.

In Gallica pariter Congana colonia nonnulla grata magis contigere. Lingolo enim circa lo-

cum multi adlaborant in messem catechistae, quorum opera sive in oppidis, sive in casis puerorum legio alitur atque eruditur; iamque sacellum Petri Claverio saeculum ibi erectum est, conditumque « viae Crucis » pium exercitium, quod multa pietate Nigrorum prosequuntur. Dahomeana etiam in terra Locossiana nova statio erigitur, quam diu barbarorum regulus exoptaverat, ut ludus quoque pueris Gallico idiomati studentibus pateret. Nunc denique ludus in sacram Missionem conversus est, atque ad easam presbyterorum sacellum plane erectum.

Modo si in Australiam transgredimur, in Superiori Guineana provincia plures catholicorum stationes erectas invenimus, quae in media universa Sebon regione sunt quasi signum constituta. Sebon haec maxima terra est, quam Ona flumen persulcat, quamque ad meridiem Lagos palus attingit, ad orientem Ossun provincia, ad occidentem Ogoun regio contingunt. Prima ibi statio Ibowon in loco condita est; at finitimi populi ita libenter rem acceperunt, ut alias quoque spondere stationes opus fuerit eorum ut pietati fieret satis. Hoc modo et Odoshangi et Eshuri stationes conditae sunt, ubi paullatim et ludi, et nosocomia, et asyla, et orphanotrophia erigentur ut populi necessitatibus subveniatur.

In Sinis bellica fortuna Iaponiorum Russorumque varia totius populi vivendi rationem vehementer exagitat. In meridionali Houpe province nova persequitio in Franciscalium stationem exorta omnia plane diruit. Totimus Episcopus una cum Friderico sacerdote, eius fratre, cumque discipulis tribus obtruncatus ab ethnicis cecidit. Serius, Florentius Robberecht, sodalis alias, in vincula coniicitur, deinde necatur. Houpeani itaque Christi fideles patre suo orbati, insidiis capto atque vita functo, metu et pavore adsiduo complentur, nihilque iam audent nec facere nec cogitare. Ibi sacerdotes tamen sunt viginti, templo triginta, stationes septuaginta, ludi puerorum viginti quinque, alumni quingenti, tirociniumque clericorum, et clarissarum sanetimonialium domus. Nunc vero Gallicus legatus, suam tutelam obtestatus, peramplam a Siniensium Caesare redintegrationem expetiit; at pertimescent plerique sodales ne legatus optata assequatur.

Ex meridionali Honania provincia Briceus sacerdos scribit Han-Ciungianam stationem peroptime funditus redintegratam esse; quinimmo novum ibi centrum factum esse et vigere, idemque brevi floridissimum oppidum sacerdotibus crevisse, ferreo itinere prope deducto ab Han-Kow ad Pechinum urbem. Saepe tamen loci aedificatio est a paganis exturbata, qui aegre ferebant Europaeos sua in loca redire; sed tandem, obstaculis amotis, Volenterius Episcopus templum consecravit, atque ephebeum constituit et puellis asylum, quem Canossianae sorores habent.

In Mongolian terra, licet aspermum ibi ardeat bellum, haud tamen pessimi missionum nuncii sunt. Richardus sacerdos Naemius, e

Bruxellensi societate Missionariorum, novam stationem conditam Fon Kia-tai-tse in loco docet, ubi et templum aedicare et ludos erigere, et nosocomium ponere commode licebit: ad bis millia cathecumenorum agmen ascendit; christifideles autem mille sunt. E centrali pariter Mongolia regione Van Aertslaerius vicarius optima refert; per semestrem enim sexcentos incolas iam baptizavit; sex millia eorum Christiana doctrina erudit. Lon-tsau-patru autem in regione stela posita est in Patrum Heyrmanni et Malletii memoriam, ibi anno MDCCC in seditione caesorum. Ritui dux ipse militum et praefectus et copiae adfuerunt; operis expensas aerarium imperii tulit.

Pekini quoque missiones satis progrediuntur: recens enim quinque millia hominum baptismum accepere, at ad huius anni finem decem millia erunt. Hoc modo martyrum crux foecundat Ecclesiam, atque post novissimas clades augetur fidelium exercitus. Nanningia in urbe Chuang-si provinciae Sororum tirocinium condere quum esset consilium, quae a Tonkini finibus a Gallicis magistratibus sanctimoniales pulsae sunt eo venere; ita constituta in Konangsi Apostolica praefectura Sororum domus.

Modo si Americam adspiciamus, in Canadensi Paskatchewan regione, ubi terrae prope incolae sunt, parvum sed renidens sacellum erectum est nova in urbe, quae Saskatoon dicta est. Coloni ex omni gente convenere, at rudes plerique, qui et arva et silvas incolunt, et vix prima humanitate imbuuntur. Ad utrumque populum, urbanum scilicet atque agrestem, erudiendum statio missionariorum est posita.

Contra e septentrionali Canadensi regione ingrata nunciantur; in Mackenzie enim provincia flumina omnes terras inundarunt, et pleraque aedificia Missionis in loco Atabaska vastarunt omnino.

Misellis pane et tecto orbatis, fideles Christi ex omni orbe, dum possunt, consulunt.

ACTA PONTIFICIA.

Decretum Sanctissimi per S. Congregacionem Concilii Tridentinis decretis interpretandis editum de clericis in Americam et in insulas Philippinas profecturis (1).

Clericos peregrinos, a remotis transmarinis oris venientes, iuxta veterum Patrum statuta, et canonicas sanctiones lit. 22, lib. I Decret. ipsasque prudentiae regulas, nonnisi caute ad sacri ministerii exercitium esse admittendos, neminem profecto latet. Nam propter distantiam et dissimilitudinem locorum, de personis earumque qualitatibus ac de valore documentorum, quae ab advenis exhibentur, iustum iudicium tute expedite fieri saepe difficile est; fraus ac dolus (teste experientia) aliquando subrepunt; unde periculum passim imminent, ne indigni ac nequam viri super gregem fidelium constituantur cum gravissima divinæ maiestatis offensa et rei christianae iactura.

Ad haec arcenda discrimina S. Concilii Congregatio, de speciali mandato SS. D. N. Leonis XIII, circu-

(1) Quamquam decretum hoc superiore anno prolatum fuit, nonnullis tamen sociis morem gerentes per Voce Urbis vulgavimus, quod reapse non Italiam tantum, sed omnibus Europae gentibus magni momenti sit.

laribus litteris ad Ita die 27 mensis Iulii 18

lorum sacerdotum mig

regulis contineret.

Huiusmodi regulae

« 1) In futurum pro scopi et Ordinarii con saeculari litteras disces giones Americae.

« 2) Exceptio tantum

Episcopi conscientia, per cordote maturae aetatis dito, et vere iustum a qui tamen, bonum testitiae, in operibus sacrae ecclesiastici et studii tractae, solidam spem exempli fideles ac popu nec non morale certe se maculatam iri sacre

tione vulgarium artium

« 3) Sed in huiusmodi et Ordinarii, omnibus rem, absque sacerdotis cum ipso Ordinario Ar ille transire cupit, et h dinario eiusdem sacerdotum promissione eum a stie munus deputandi, moratam S. Congregati tamen assentiatur, tun rias litteras concedere, cano Antistite per sec cognitae sint, notas emi impediendas fraudes ei

« Ex ea dioecesi ad a doti emigrare ne liceat gationis licentia.

« 4) Excluduntur in ritus orientalis.

« 5) Quod si non ag Italiae sacerdote, qui c temporaneas causas per satis erit ut proprius dummodo de cetero nih ptis sua licentia ad ter excedens, in qua ipsa cum conditione, ut sus expleto constituto temp rogationem obtinuerit.

« 6) Non comprehendit in Americam ii s alio gaudent apostoli

Hac lege, noxia plur non tam omnia, nequ docuit, ex praeposta interpretatione, salutaris illi fuisse frustratum. Prae lia, sed ex aliis quoque esse, quandoque etiam grationem in Americam

Quare EMI S. C. Pat lationibus rite, uti par escoporum votis obsecu perpensis, censurerunt de re providendum no pitibus continentur:

I. Pro Italiae clericis tentis in circaribus li sub numm. 1, 2, 3, 4 et Italiae quam Americae observantia graviter on

Facultas vero sub nu ad easum strictae et ur gravi infirmitate alicui christiana charitas aut gant, neque tempus sup Sed in hoc et similibus cessitatis in discessoriis exprimenda erit, absen circumseribendum et de cili Congregatio.

II. Extra Italiam ver ropae Ordinarii discesso

sionariorum, novam
Kia-tai-tse in loco
dificare et ludos eri-
re commode licebit:
rum agmen ascendit;
sunt. E centrali pa-
Van Aertslaerius vi-
semestrem enim sex-
vit; sex millia eorum
vit. Lon-tsau-patrū
posita est in Patrum
memoriam, ibi anno-
rum. Ritui dux ipse
piae adfuere; operis
i tult.

satis progrediuntur:
hominum baptismum
i finem decem millia
um eruor foecundat
vissimas clades au-
Nanningia in urbe
rnum tirocinium con-
m, quae a Tonkini
tibus sanetimoniales
a constituta in Ko-
ura Sororum domus.

ianus, in Canadensi
terre prope incul-
ns sacellum erectum
askatoon dicta est.
venere, at rudes ple-
ras incolunt, et vix
ntur. Ad utrumque
atque agrestem, eru-
rum est posita.
Canadensi regione
ackenzie enim pro-
inundarunt, et ple-
n loco Atabaska va-
patis, fideles Christi
t, consultant.

IFICIA.

er S. Congregatio-
decretis interpre-
n Americam et in
turis (1).

transmarinis oris ve-
statuta, et canonicas
ipsasque prudentiae
ministerii exercitium
cto latet. Nam propter
locorum, de personis
valore documentorum,
ustum iudicium tute
est; fraus ac dolus
repunt; unde pericu-
ac nequam viri super
m gravissima divinae
anæ iactura.
Concilii Congregatio,
. Leonis XIII, circu-
periore anno prolatum
erentes per Voxem Ur-
is tantum, sed omnibus

daribus litteris ad Italiae et Americae Ordinarios
die 27 mensis Iulii 1890 datis, legem tulit, qua Ita-
lorum sacerdotum migrationem in Americanam certis
regulis contineret.

Huiusmodi regulae hae sunt:

« 1) In futurum prohibentur omnino Italiae Epi-
scopi et Ordinarii concedere suis presbyteris e clero
saeculari litteras discessoriales ad emigrandum in re-
giones Americae.

« 2) Exceptio tantummodo admitti poterit, onerata
Episcopi conscientia, pro aliquo eius dioecesano sa-
cerdote maturae aetatis, sufficienti sacra scientia pra-
dicto, et vere iustum afferente emigrationis causam;
qui tamen, bonum testimonium habens intemeratae
vitae, in operibus sacri ministerii cum laude spiritus
ecclasiastici et studii salutis animarum hactenus pe-
ractae, solidam spem exhibeat aedificandi verbo et
exemplo fideles ac populos ad quos transire postulat,
nec non moralem certitudinem praestet numquam a
se maculatam iri sacerdotalem dignitatem exercita-
tione vulgarium artium et negotiationum.

« 3) Sed in huiusmodi casu idem Italus Episcopus
et Ordinarius, omnibus rite perpensis et probatis,
rem, absque sacerdotis postulantis interventu, agat
cum ipso Ordinario Americano, ad cuius dioecesim
ille transire cupit, et habita ab ipso Americano Or-
dinario eiusdem sacerdotis formali acceptatione, una
cum promissione eum ad aliquod ministerii ecclesiasti-
ci munus deputandi, de omnibus et singulis ad mem-
oratam S. Congregationem Concilii referat. Quae si
tamen assentiantur, tunc poterit Episcopus discessio-
rias litteras concedere, communicando cum Ameri-
cano Antistite per secretam epistolam, nisi ei iam
cognitae sint, notas emigrantis sacerdotis proprias ad
impediendas fraudes circa subiecti identitatem.

« Ex ea dioecesi ad aliam in America eidem sacer-
doti emigrare ne liceat absque nova sacrae Congre-
gationis licentia.

« 4) Excluduntur in quavis hypothesi presbyteri
ritus orientalis.

« 5) Quod si non agatur de emigratione, sed de alio
Italiae sacerdote, qui ob suas peculiares honestas ac
temporaneas causas pergere velit ad Americae partes,
satis erit ut proprius Ordinarius, his perspectis, ac
dummodo de cetero nihil obstet, eum muniat in scri-
ptis sua licentia ad tempus (unius anni limitem non
excedens), in qua ipsae abeundi causae declarentur,
cum conditione, ut suspensus illico maneat a divinis
expleto constituto tempore, nisi eius legitimam pro-
rogationem obtinuerit.

« 6) Non comprehenduntur his legibus de emigra-
tione in Americam ii sacerdotes, qui ad hoc speciali
aliquo gaudent apostolico privilegio».

Hac lege, noxia plura remota et sublata fuerunt,
non tamen omnia, neque ex toto. Experientia enim
docuit, ex praeposta art. 5 superioris recensiti inter-
pretatione, salutaris illius legis effectum saepenumero
fuisse frustratum. Praeterea constitit, nedum ex Ita-
lia, sed ex aliis quoque Europae regionibus nimiam
esse, quandoque etiam perniciosem, sacerdotum mi-
grationem in Americam, et ad insulas Philippinas.

Quare Enī S. C. Patres, plurimum Episcoporum re-
lationibus rite, uti par erat, inspectis, eorumdem Epi-
scoporum votis obsecundantes, rebus omnibus mature
perpensis, censuerunt latius atque uberiori esse hac
de re providendum nova generali lege, quae his ca-
pitibus continetur:

I. Pro Italiae clericis, firmis dispositionibus con-
tentis in circularibus litteris diei 27 mensis Iulii 1890
sub numm. 1, 2, 3, 4 et 6, Ordinariorum omnium tam
Italiae quam Americae conscientia super plena earum
observantia graviter oneratur.

Facultas vero sub num. 5 concessa circumserbitur
ad easum strictae et urgentis necessitatibus ut e. g. pro
gravi infirmitate aliecius in America degentis, quem
christiana charitas aut pietatis officium invisere exige-
nt, neque tempus suppetat recurrenti ad S. Sedem.
Sed in hoc et similibus adjunctis causa urgentis ne-
cessitatis in discessoriis litteris clare ac determinate
exprimenda erit, absentiae tempus ad sex menses
circumseribendum et de re statim edocenda S. Con-
ciliis Congregatio.

II. Extra Italiam vero in posterum ne liceat Eu-
ropae Ordinariis discessoriales pro America suis Cle-

ricis largiri, nisi requisito prius consensu Episcopi
dioecesis illius, ad quam sacerdos pergere cupit, per-
mutatis ad hunc finem secretis litteris, in quibus de
aetate et de moralibus atque intellectualibus qualita-
tibus migrantis sacerdotis Americanus Praesul do-
ceatur.

Excipitur tamen casus strictae et urgentis neces-
sitatis, in quo, pari modo ac supra, licentia a proprio
Ordinario concedi poterit, sed ad sex menses tantum
valitura, adnotata causa urgentis necessitatis et mo-
nitio per epistolam Episcopo loci ad quem sacerdos
proficiat.

III. Pro migraturis denique ex qualibet orbis parte
ad Philippinas insulas, eaedem leges ac normae ser-
ventur ac pro Italies sacerdotibus ad Americanam per-
gentibus, hac tamen differentia, ut pro Europae sa-
cerdotibus venia expetenda sit a S. Congregatione
Concili; pro Americae vero aut alterius regionis
sacerdotibus, a Delegatione Apostolica Washingtoniae.

Itaque in posterum discessoriae litterae pro cle-
ricis in Americam et ad Insulas Philippinas migra-
turis confiantur in forma specifica, iuxta regulas
superius statutas: et aliter factae nullius valoris sint,
et qua tales ab Ordinariis illarum dioeceseon aesti-
mentur.

Facta autem de his omnibus relatione SSmo D. N.
Pio PP. X in audiencia diei 17 Septembris p. e. ab
infrascripto Cardinali Praefecto, Sanetitas Sua De-
creta Emorum Patrum confirmavit, per circulares
S. C. litteras publicari, et ab omnibus rite observari
mandavit, contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae ex aedibus S. C. Concilii, die 14 No-
vemboris 1903.

V. Card. VANNUTELLI, Ep. Praen., *Praefectus.*

C. DE LAI, *Secretarius.*

EX SS. CONGREGATIONIBUS ROMANIS SENTENTIAE NOVISSIMAE SELECTAE.

Ex Congregatione Episcoporum et Regula- rium:

— Facultas specialis, qua alumni Religiosorum Ordinum indigent ad gradus academicos assequendos, quod spectat biblica studia datur per S. C. Episcoporum et Regularium « modo habituali », neque so-
lum « per modum acti », in singulis casibus, prouti eorumdem Religiosorum Ordinum statuta de ceteris graduum academicorum generibus constitutum. (Ex litt. S. C. die xix mens. Apr. an. M DCCC IV).

— Ius suffragii pro receptione in Ordinem Cartu-
siensem non pertinet ad professos votorum simplicium,
licet in Subdiaconatus ordine constitutos. (Ex deer.
d. xx mens. Maii an. M DCCC IV).

— Consanguinei duo Regulares eligi possunt eiusdem
Capituli consiliarii. (Ex deer. d. ii mens. Jul.
an. M DCCC IV).

Ex Congregatione Sacrorum Rituum, Indul- gentiarum et SS. Reliquiarum:

— Indulgencia centum dierum in forma Ecclesiae
solita conceditur omnibus et singulis fidelibus ex utro-
que sexu, ubique terrarum nunc et in posterum exis-
tentibus, quoemque idiomatic, dummodo versio sit
fidelis, invocationem hanc contrito saltē corde ac
devote recitantibus: « Nostra Domina a Sacro Corde,
ora pro nobis »; idque toties quoties agant. (Ex deer.
d. xxviii mens. Iunii an. M DCCC IV, rel. in act. S. C.
die ix proximi mensis Iulii).

— Ad lucrandas indulgentias concessas pro invoca-
tione: « Cor Iesu Sacratissimum, miserere nobis » (1)
sufficit ut Sacerdos dicat tantum: « Cor Iesu Sacra-
tissimum », et populus respondeat: « Miserere nobis ».
Quamvis autem pro recitatione eiusdem invocationis
post Missam obligatio proprii nominis apposita non
sit, vult tamen Sanctissimum ut uniformitati consul-
latur, ac proinde singuli sacerdotes ad eam invoca-
tionem recitandam adhortentur. (Ex deer. d. xix mens.
Augusti an. M DCCC IV).

(1) Cfr. Vox Urbis, an. VII, n. IX.

DIARIUM VATICANUM.

(Die xxi mens. Sept. - d. xx mens. Oct. M DCCC IV).

Coram SSmo admissiones.

Praeter Purpuratos Patres, Urbanos antistites alios
que ministros, qui sui cuiusque munieris gratia Pon-
tificem de more adiverunt, inter viros apud Ipsum
admissos peculiari nota digni sunt iuxta admissionis
diem: exīus vir Ambrosius Agius, archiepiscopus
Palmyren, Apostolicus legatus ad insulas Philippinas;
Franciscus Ragonesi, archiepiscopus Myren, Apostolicus
legatus apud Columbianam civitatem; Bezire advo-
catus, societas Catholicae Iuventutis in Gallia prae-
ses; Gabriel Grison, praefectus Apostolicus Falls
civitatis in Congo; Laurentius Cossa, praepositus
generalis familiae Somascorum; manus iuvenum
e catholica societate Gallicae iuventutis, ac peregrinorum
dioecesis Pictaviensis; Felix Fioret, praepositus
generalis Congregationis Cleric. Reg. S. Pauli
Apostoli, vulgo Barnabitarum; Franciscus Marchetti
Selvaggiani, Apostolicae legationis apud civitates
foederatas Americae septentrionalis auditor; Delarbre
advocatus, publici in Gallia coetus legibus fer-
rendis orator; Gallici peregrini a Vicario generali
dioecesis Parisiensis coram adducti; exīus vir Pla-
cidus Ludovicus Chapelle, archiepiscopus Novae Au-
reliae, atque Cuba in insula legatus Apostolicus;
Ioannes del Papa O. S. B. « abbas et ordinarius »
patriarchalis basilicae S. Pauli ac dioecesis « Nul-
lius » recens electus; Casimirus Iurie, Fratrum Minorum
legatus generalis; exīus vir Cyrilus Macarius,
archiepiscopus Alexandrinus Coptorum; r. p. Fran-
ciscus Ragonesi, praepositus generalis sodalium Te-
atinorum; Olivier doctor, Gallicae academiac prae-
ses; manus peregrinorum ex Hungaria et Helvetia; Alo-
sius Serlupi Crescenzi marchio, SS. D. N. equiso mai-
or; Andrinch tribunus militum, Teutonici Ordinis
magister maximus, eiusdemque Ordinis legatio; r. p.
Wernz S. I., rector Gregoriani athenaei in Urbe;
r. v. Georgius Picot, doctor in Gallico doctrinae Insti-
tuto; Delalaye et Lamarzelle, Gallici senatores; pe-
regrinorum manus ex Aversana dioecesi; Amedeus
de Astrado dux; D'Elbers dynasta; iuris periti e
Gallica civitate ad rei catholicae disceptationes ha-
bendas in Urbe congregati; urbani eives ex Aesquia
regione; exīus vir De Rothenam Wolfram dyna-
sta, Borussorum legatus atque administer apud
Apostolicam Sedem; Bertora comes eiusdem familia.
Anglorum peregrinorum manus ab exīno viro Ed-
mundo Stonor, archiepiscopo Trapezuntino, coram ad-
ducta.

Pontificiae electiones.

R. v. Iosephus Petrelli, SS. D. N. pii PP. X cubili-
cularius intimus, a secretis Apostolicae legationis in
insulis Philippinis deligitur.

— Antonius Lualdi, rector Insubri seminarii in
Urbe, Panormitanus archiepiscopus creatur.

— Philippus Monnet inter antistites domus pontif.
refertur.

— Adulfus Nouel archiepiscopus Metymnaeus, at-
que coadiutor archiepiscopi S. Dominicī consecratur.

ANNALES.

Iaponicum bellum.

Dum omnes putant, post difficilem mirandum
que a Liao-yang recessum, in id Russos maxime
incumbere, ut nova loca munirent, ubi, subsi-
diis acceptis, hiemarent; dum simul Iaponiorum
duci Oyama rex imperat ut quovis modo impe-
tum alterum in hostem faceret, eiusque con-
silia frustraretur, en Kropatkinii pronuntiatio,
Russos arma ultro statimque illatuos. Unde
denam propositum hoc? Factus ne certior est
supremus ille Russorum dux, hostem collectis

copiis recens auctis, ad novam oppugnationem omni animo tendere, indeque oportere ut eum a se praeriperet, atque in diducto itinere contineat? An potius Petropoli, ubi oculus indesinenter in Arthurum portum convertitur, inque strenuos oppugnatorum conatus, hoc iussum profectum, nulla a Stakembergio tentatae iam frustra ratione habita, maximarumque difficultatum quibus esset obeundum?... Quidquid fuerit, hoc etiam propositum irritum evasit; Iaponenses enim hostem propulsarunt, hostilique triginta millium hominum clade elati, invicem infesto exercitu Russos petierunt, eosque tanta vi consecuti sunt, ut dum scribimus, impossibile fiat quinam rei exitus futurus sit coniicere.

Interea societatem de arbitratu ac pace procuranda exterorum negotiorum Anglie admister itemque Germanicus certorem faciunt, nullam de mediatione operam interponi licere, quum ab utroque bellatore populo minime desideretur!...

★

Balkanicae res.

In Balkanica regione nihil intercessit, quod mutationem aliquam rerum condicioni satis quietae adduceret. Si vero rebelles nullum, aut minimum, documentum navitatis suae praebuerunt, Salonikii Arabes quidam milites perturbationes excitauerunt, a remorata dimissione sua, exque mereede haud soluta, causa desumpta.

Bellogradi Petrus, Serborum rex, corona solemniter redimitur.

★

Anglo-Thibetana pactio.

Foedus ab Anglis cum Thibetanis sanctum recens, quod, recognito Sinarum imperio, iura Angli commercii pensationisque pretium tutaretur, haud satis benigno animo a Russis Sinisque acceptum apparuit, qui suas protestationes auctoritate publica edituri nunciantur; quamvis frusta, quum Angli officium in se receptum servaverint nullum locum Thibetanae regionis diuturne occupandi, nullamque in Thibetanorum negotiis constantem interpositionem exercendi.

★

Gallorum Hispanorumque foedus de Mauritania.

Perductae longe eaeque arduae tractationes inter Galliam atque Hispaniam de Mauritania, felicem tandem exitum habuerunt, subscriptaque est Parisiis inter legatos utriusque nationis conventio, cuius, nisi textum, mentem saltem cognoscimus, Hispaniam foederi quod Angli et Galli iam pridem inter se ferierunt accedere circa Mauritiam atque Aegyptum, utramque nationem Mauritiae integratatem per se servaturam sub ethnici regis imperio.

Quamquam huius dominatio non ab Europaeis populis, sed civili bello in discrimen adducitur; qui enim Mauritanus princeps cum eo contendit, novam victoriam Oujdae reportavit, areeque Ai-Muiuk potitus est.

★

Africi motus.

In Germanica Africa rerum conditio, iam ob deficienteis Herreros difficilis, in dies ingravescere videtur propter bellum a tribu Witboi indictum, atque finitimas gentes fortiter Germanis repugnantes.

Ex Lusitanis quoque Africis finibus seditiones nunciantur. Quin imo in septentrionali Mozambici regione in apertum certamen rebelles descenderunt, ita ut novas ex Europa copias in illas regiones mitti oportuerit.

★

Americana bella civilia.

Civilis perturbatio, quae tamdiu Uruguayanam civitatem pessum dedit, composita his conditionibus fertur, ut evertandarum rerum cupidi arma deponant, bona sua proscripta iusque suffragii retineant.

Contra e Paraguayana republica factiosi dicuntur, gubernii primis agminibus fusis, ad urbem caput properare, ut obsidione terra marique cingant.

Venezuelana quoque regio movetur: plures enim cives in vineula coniecti asseruntur ad suffocandam seditionem Castrum in praesidem excitatam.

★

Pacis triumphi.

Melius sibi providerunt Brasilienses ac Boliviiani, qui, ut acrem contentionem comparent de finibus exortam, potius quam armis, arbitrorum indicio rem tradere statuerunt, ac praecipue Eius administratio, qui princeps pacis a Deo est in Orbe constitutus, legatum dicimus Summi Pontificis, qui tribunalis huius praeses ex utriusque gubernii consensu est deputatus.

★

Regalia funera.

Proximus mensis regalis domibus infensus heu! exstitit. In Germania enim vita est funetus **Hernestus Casymirus Lippe Bieslerfeld**, principatum Lippe-Detmold regens; quae quidem mors iterum accedit disputationem veterem utrum huic familiae an affini Lippe-Schaumburg regni successio contingat; quamvis pro altera tribunal ad rem constitutum, sententiam abhinc annos nonnullos ediderit.

In Germania pariter magno civium suorum luctu vitae cursum absolvit **Georgius Saxonum rex**, Pillnitz in oppido natus an. MDCCXXXII, qui strenui militis atque viri cultiore ingenio praediti famam reliquit. Ei in regnum successit Fridericus filius, natus an. MDCC LXV.

Denique cum omnium moerore iuvenis admodum tres parvulos relinquens decepsit Matriti Maria a N. D. de Mercede, regia femina Asturum princeps, Hispanici regni haeres. Hispanorum fratrum Latini nos casum luctumque maxime dolemus.

In Hispania Romerus Robledo iterum popularium legatorum coetus praeses electus, municipiorumque reformatio quiesita.

In Hungaria de commerciorum foedere cum Italia disceptatum, rogatioque legis oblatu, quo expeditius coetus labores peragi possint.

In Italia nova comitia ad diem VI proximi mensis Novembris indicta.

In Lusitania publicis coetibus Carolus rex adiatilem orationem habuit, notavitque amicitiam cum exteris gentibus, Hispanis finitimi praelestim et Anglis, firmam manere.

AENIGMATA

A FR. PALATA PROPOSITA.

I.

Comiter alloqueris cedentem *parte priore*;*illa, quae sequitur parte natare iubes.*

Hane illi coniunge. Quid inde videbis oriri?

Herbam, cornipedes qua saturantur equi.

II.

Progenies irae verbis vel dimico pugnis.

Litterulam praefige mihi; sum ridiculus mus.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad Commentarii moderatorem miserint intra menses duos, unus, sortitus, gratis accipiet opus cui titulus:

**VINCENTII LANFRANCHI
DE ORATORIBUS ROMANIS
ACROASIS.**

Aenigmata an. VII, n. VIII proposita his respondent:

1) Cancer, Cancer; 2) Arista, Crista.

Ea rite soluta miserunt:

Ant. Tafani, *Florentia*. — Senior Astensis. — Guil. Schenz, *Ratisbona*. — Cam. Straschill O. F. M., *Uttaco*. — Cos. Cerasuoli, *Aesernia*. — Andr. Papay, *Pruzinca*. — Petrus Tergestinus. — Raim. Piera S. P., *S. Antonio Boreinonensi*. — Georg. Némesh, *Vas-Nadasd*. — Gust. Grünes S. P., *Iachimicale*. — Iac. Cemazar, *Costabona*. — I. A. C. Oudemans, P. Wollgraff, *Trajecto ad Rhenum*. — D. Petit, *Dubitino*. — V. Zavadsky-Krasnopoloky, *Petropoli*. — Aug. Paul, *Brasovia*. — I. Walter, *Neo Eboraco*. — Io. Stroppa, *Plebe Umorum ad Cremonam*. — F. Skiba, *Brestau*. — Am. Robert, *Marieville in Canada*. — Lad. Lud. Podobinski, *Cracovia*. — Th. Freitag, *Niederentzern*. — Fr. Szymanski, *Niestronno*. — Ios. Bok S. I., *Staravesta*. — D. Le Provost, *Briocen*. — Ioan. Galbiati; F. Arnori, *Mediolano* — Elis. Sanchez Paredes, *Corduba*. — Zivirzina par., *Lohnau*. — Alois. Berthè, *Montboron*. — Herm. Gini, *Aquis Taurinis*. — Petr. Garrone, *Pezzana ad Verettas*. — Alois. Cappelli, *Senis*. — Coll. Scholarum Piarum *Stellae*. — Henr. Tarallo; V. Starace, *Neapolis*. — Ioan. Bigiarelli, *Fano*. — Max. Kohlsdorfer S. I., *Chyrovia*.

Sortitus est praemium

COSIMUS CERASUOLI,

ad quem missa est I. B. FRANCESA comoedia latinis versibus scripta, cui titulus

SATURIO.

LIBRI RECENS DONO ACCEPTI.

R. G. MEYER d. C. d. G. La scienza dei Santi. Versione italiana del Sacerdote Angelo Sinibaldi, rivisitata ed approvata dall'Autore. — Romae edid. Desclée, Lefebvre et soc., 1904. (Ven. lib. 2).

Regina coeli et terrae et Regina Cordis Iesu o. p. n.

Quaestio pia ad augenda solemnia quinquageneria enuntiatae dogmaticae definitionis de Immaculata Concezione B. Mariae Virginis a Mich. LENDOVSEK parocho Lavantino proposita. — Ex. off. s. Cyrilli Marburgi, 1904.

P. FREDIANO GIANNINI O. F. M. La Custodia di Terrasanta. — Labrone, ex off. Raphaelis Giusti, 1903.

DOTT. NUNZIO CALVAGNA. Sull'epigrafia poetica della decadenza. Studio metrico e prosodico. — Calatanisii ex off. Fr. Arnone, 1904.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina Pacis Phil. Cuggiani.

SOCIIS MONITUM.

SSMI DNI N. PII PP. X IMAGO, qua superiorem Commentarii nostri num. VIII decoravimus, ex tabula aere cusa desumpta est, quam renovata nuper ad gloriam antiquissimam officina Urbani hospitii S. Michaelis ad Ripam post menses septem assidui indefessique laboris recens edidit. Imaginem autem ipsam deligimus, quum vultus vigorem, oculorum vim lineamentaque Patris amantissimi praeter ceteras aperiat, itemque artis opus proferat selectissimum, quemadmodum Ipse Pontifex, — qui pro animi sui benignitate plures artificem apud se admisit, coram eo constiturus, ut opus omnibus numeris absolveret, — recognovit, autographon denique sub exemplari sibi oblato apponens, quod pariter sociis videre fuit.

Nos itaque ut eorumdem sociorum diligentiae nostrae pignus novum praeberemus, apud memoratam officinam institimus, ut exempla imaginis nobis concederet commentarii *VOX URBIS* sociis imminuto pretio divendenda; qua nostrae sollicitudini gratiore annuente, factum est ut *tabula metr. 0,63 × 0,85 apposita charta manu facta, calchographice impressa, quae vulgo lib. 8 venum datur*, apud nos haberi queat lib. 6 ad domicilium quaerentis, nullo scilicet diribitorio debito pretio.

Iussa vero unice mittantur ad ARISTIDEM LEONORI EQUITEM, Commentarii *VOX URBIS* possessorem et administratorem, Romam (*Via Alessandrina, 87*).

PER ORBEM.

Si proximi itineris peculiaris nota fuerunt operariorum a labore desertiones, quae imo eo processere ut, quum recensionem nostram scriptis mandaveramus, ab offensione quadam populari occasione sumpta, tres per dies, omnem fere Italiam vi pessum dare, hodie ferrivium calamitates prima occupant, quas ne Roma quidem effugit. Castromenii in suburbano clades huiusmodi exorta: vaporitraha ex Albæ statione, — qua de causa incertum, — quum sub vespere fugisset, in currum illam seriem occurrit, qua urbani cives aestivo atque autunnali tempore solent plerunque ad uxores liberosque rusticantes quotidie se reducere; quorum plures vulnerati ob concursionem sunt, dum opifices duo horrenda morte multantur. Machinator, contra, vaporitrahae, quum inde mature desiluissest, sospes evasit; quod iis addidit fidem, qui supputarunt — animus tamen credere horret — lacrymabilem hunc eventum ab anarchistis paratum, eoque magis quod vulgo illa in trachea eminentissimus vir publicis Ecclesiae rebus praepositus in pontificias aedes ad lacum Albanum rediret.

Verum nonnullis ante diebus gemina ad Ferrariam acciderunt; quin etiam maiore cum luctu. Quibus enim occursus pepercit, eos ignis aggressus est: itaque viatores septem extincti sunt, quindecim vulneribus confossi.

Similia ad Wood-stock, Toronto in provincia contigerunt; dum ad Souther in Valliae Anglica regione currus vapore acti, e ferreis axibus quum exiissent, viatoribus quatuor mortem, quinquaginta autem plagas procurarunt. Neque rhedae ipsae electrica virtute raptae ab his aerumnis liberae evaserunt, uti Melrose de Massachussets, quum capsæ pulvriæ plena, cui a δύναμι nomen, e rheda ipsa delapsa,

magni fragore disrupta est, omniaque circum, homines et res, in ruinam adduxit.

Quid vero haec, si cum concursationibus comparemus, quae Newmarket atque Warrenburg, Americanis oppidis, factae sunt? Illie enim quinquaginta quatuor mortui ac septuaginta quinque vulneribus affecti; hic mortui tres supra triginta; triginta autem vulnerati.



Incendia pariter saevierunt. Neo-Eboracen sem infortunium recolo primum, ubi elementa inter se maxime opposita, ignis et glacies, simul coniurarunt ut vitae finem hominibus pararent. Officina enim ad carnes ita conficiendas, ut diu servari possint, quum flammarum praeda fuisset, ammoniaci labra in cellis condita dehiscent; aer inde fit non spirabilis, temperies frigidissima: vigilum alii oculorum lumen amittunt, exanimantur alii: sunt quibus congelantur artus, dum vultus misere comburitur!

Sunt quoque Vulcani rabie absumpta Sgade, oppidum Hispaniae, ac Dawson, Alaska regionis urbs caput, quae iam abhinc tres aut quatuor annos eudem casum experta erat, a quo vix nunc resurrexerat; denique Basiliae theatrum, ubi non interitus tantum duorum militum, qui ad illud servandum accurrerant, lugendus est, sed theatri custodis, qui timens ne severe puniretur, ad desperationem adductus laqueo se suspendit.



Ne afflictos nimis vos qui legitis reddam, praetereo aerumnas alias, quibus memorialis libellus meus redundant, et Trinitatis urbis, fistulis aquarum disruptis, alluviem, et terrae motus, quibus Canadenses urbes Quebec atque Ontario concessae sunt, ut recta via Stabias mecum adducam ad laboris festum, quo ope-

rarii navalium illorum laetantur. ob navem coram rege, atque benedictione ab Episcopo solemniter peracta, in mare immissam. Sit omen ut bellum monstrum pacis, contra, exstet signum; ac deinde in extremam Africam cito concurramus, ne tardior fiat noster adventus Ioannesburg in urbem, ac videre saltem possumus — particeps enim futuros nos despero — thesaurum illum aureum, ibi repertum.



Sed iam pallida mortis imago me revocat, monetque ut vita functos viros clariores memorem, quos regna rapuerunt aeterna. Sunt hi **Herbertus Bismarckius**, Othonis illius filius, qui si splendore suo genitum illustravit, hoc ipso tamen vetuit quominus civilibus virtutibus, quibus non egebat, per se splendesceret; et Danus ille **Diels Finsen**, cuius nomen ob inventam novam medicamentum rationem a luce deductam (φωτοθεραπεία nuncuparunt) amplissima cum laude posteris commendabitur.

¶

TOCI.

Medicis ingruit satyra.

Americanus quidam nonagenarius aetate, sexcenta centena libellarum millia possidens, nuper, uti fertur, testamentum condidit, in quo athenaeum medicum urbis Boston haeredem fecit omnium medicamentorum, quae medici aegrotanti sibi praeceperant, quibus tam illi numquam usus erat, etsi comparasset a pharmaceopolis, at domi religiose servaverat. Museoli huius en partes: 1900 lagonae, lagunculae, phialae medicaminibus variis plena, sigillo adhuc integræ: 1875 thecae, theculæque plena pilulis, pulveribus medicatis et huiusmodi: 870 involuera chartacea medicamentorum maiora thecis.

En homo cui haec emisse profuit; si sumpsisset, forsitan interiisset ab inde!...

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS
Comm. VOX URBIS in an. MDCCCCIV.

Pretium subnotationis est in Italia Libell. 4,80; ubi-
que extra Italiam Libell. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5; March. 5;
Rubl. 3; Coron. 6,25 *recto tramite* mittendum ad

ARISTIDEM LEONORI EQUITEM
COMMENTARII "VOX URBIS,, POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM,
ROMAM, via Alessandrina, 87.

PRAEMIA SOCII CONSTITUTA

ad libitum:

- a) Tabula metr. $0,45 \times 0,22$ Pontificiae dominationis au-
spicationem referens a Pio PP. IX an. MDCCCXLVI
peractam, et in Commentarii "Vox Urbis,, commo-
dum unice ex antiqua tabula desumpta; *sive*
- b) Collectio chartularum electissimarum, quae distincta
coloribus praecipua Romae, aut eius vicina red-
dunt; *sive*
- c) Urbis e Ianiculo monte prospectus. (Tabula aere cusa
metr. $1,10 \times 0,24$)

Donum, quod voluerit, quisque subnotans petet
primum intra mensem ab eius subnotatione et cum
ipso subnotationis pretio.